

Spec. 11. HOLOTHURIA (*Microthele*) *tigris* Nov. Spec.

HOLOTHURIA (*tigris*) n. 18. Mss. *Mertensii*.

Corpus $1\frac{1}{4}$ ' longum, 4" et ultra latum, oblongum, supra convexum, infra planum, in parte anteriore, media et posteriore tumidum, in media tamen magis tumidum, lateribus vario modo transversim incisum. Dorsum luteo-ochraceum striisque transversis nigris, taenias interruptas exhibentibus, punctisque minoribus fuscescentibus signatum. Abdomen albicans, pedibus nigricante-albidis, disco lutescentibus. Os et anus e subolivascence fuscescentia. Tentacula subfusco-olivascencia, pelta olivacea. Os in tentaculorum interno latere circulo e fuscescente olivaceo, in tentaculorum externo latere autem olivaceo cinctum.

In Insulis Uleai Archipelagi Carolinensis.